

illis fuisse probat, eam sub initium seculi superioris 61
Stephanus I. R. P. Vide D. Cyprianus.
 Idem in extremum errorem nequaquam incidit; omniumque hereticorum, etiam prescriptam Baptisinae formam non observantium, Baptisina non approbavit. 19
 Dammati a Stephano I. Africani, controversiam de rebaptizandis hereticis, Discipline putabant esse non Dogmatis. 18
 A suo tandem errore respicere, novumque edidere Decretum, Stephani definitioni conforme. 19
Stephanus Episcopus Parisiensis solenne Decretum edit de consilio Magistrorum, quo R. Pontificis infallibilitas commendatur. 57
Sylvester II. R. Pontifex, supremæ Pontificum auctoritati nequaquam injurius. 51
Symmachus R. P. de violata castitate accusatus, a Concilio judicari non potuit, nisi se illius judicio sponte permitteret. 43

T

Theodoretus Episcopus Cyri in Ephesina secunda Synodo damnatus, ad Leonem I. appellat, ejusque appellatio recipitur. 42
S. Thomas Romanum Pontificem ad condendam fidei Symbolum, infallibilem docet. 10
Turre cremata (Joannes de) Cardinalis, rerum Constantiæ gestarum testis locupletissimus, contra quem dari exceptio nulla potest. 53

F I N I S.

V

Victor I. Rom. Pontifex insanas Montani Priscæ & Priscille prophetias numquam probavit. 18
 Excitata sub Victore Controversia, de celebrandi Paschatis die, discipline, non fidei atque dogmatis causa fuit. *ibid.*
Vigilius Rom. P. unam in Christo personam, duasque naturas semper agnovit, a Nestorianis & Eutychnis ex æquo semper alienus. 21
 Errore facti dogmatici damnare illa initio renuit, maturo examine nondum adhibito: quæ subinde post accuratum examen, proscripsit atque damnavit. *ibid.*
Victoria (Franciscus) prudenti consilio dato, Principes omnes ab interponenda ad futuram Concilium appellatione deterret. 5f

Y

S. Yvo Carnotensis Episcopus, a Romanæ Sedis judicio appellari non vult: satiusque esse docet, ab ipsam denuo provocare. 41

Z

Zozimus Rom. Pontifex Celestii & Pelagii doctrinam numquam probavit: tamen ex obreptione falsi, commendatitias Litteras ad Africanos Episcopos pro eis dedit; a quibus tamen subinde respicit, late in illos ipsos sententia damnationis. 29

ROMANI PONTIFICIS PRIVILEGIA Adversus novissimos Osores Vindicata.

D U P L E X D I S S E R T A T I O
G U M

D U P L I C I A P P E N D I C E.

A U C T O R E

F. ALOYSIO M. LUCINO

Ord. Præd. S. Th. Magistro, & in Urbe
Commissario Generali S. Officii.

E D I T I O S E C U N D A A U C T I O R.

In qua Anonymi dissertatio apologetica, seu infallibilitatis Pontificie justis terminis
circumscripæ explicatio atque defensio expenditur, & refutatur.

ROMANI PONTIFICIS
 PRIVILEGIA
 Auctus novissimos Ordinis Vindicta
 DUBLEX & SEPTUAGINTA
 DUBLEX & SEPTUAGINTA
 AUCTORIS
 F. ALOYSIO M. LUCIANO
 Ord. Præd. S. T. Magistro, & in Urbe
 Commissario Generali & Offici.

EDITIO SECUNDA AUCTORIS
 in hac editione addita sunt notæ, & illustratae sunt
 notæ præcedentibus editionibus, & ad præsentem

P R Æ F A T I O .

Concuti possumus, constantia vacillare nec possumus nec debemus. Quemadmodum enim contra stimulum calcitrando, ipsi nos compungimur, perinde est manifesta veritati reniti, & ad opposita divertere ingenium. Res se prodit, quum de Romani Pontificis privilegiis, divina tantum largitate concessis, fastidioso animo quis agere aggreditur, & quum ea labefactare frustra conatur, omnem machinam admovet, & per commenta quater saltem, & exagitare molitur. Anno 1730. e Typis Luxemburgensibus inopinato erupit bipartitum volumen, hoc inscriptum titulo: *Defensio declarationis celeberrima, quam de potestate Ecclesiastica sanxit Clerus Gallicanus XIX. Martii MDGLXXXII. ab Illustris. ac Reverendis. Jacobo Benigno Bossuet, Meldensi Episcopo ex speciali jussu Ludovici Magni Christianissimi Regis scripta, & elaborata; Nunc primum in lucem edita, summoque studio ad fidem autographi Codicis exacta.* Opus omnigena arte elaboratum de Ecclesiastica potestate gessit jura sancire, quum ea evellat, & destruat, eradicet, ac dissipet. Et quidem in capite, ut illo avulso cætera corporis mystici membra flaccescant, & pereant. De vetusta traditione prope finem cursim sermo percurrit; Patres vel præterit, vel obruncat. Potissime Scriptores caliginosa ætatis discuit; & ut veritatem cæcutientibus involvat, ex diffidiis, ex schismate argumenta deducit, quæ mentem obnubilant, pronumque flectunt animum ad similia cienda. Toto conatu iucumbit, & urget, ut Sess. 14. & v. Concilii Constantiensis decreta evincat, & in obtortum sensum traducat; perinde ac si tota Ecclesiæ traditio, & Conciliorum, & Patrum, maximeque Romanorum antiquiorum Pontificum palantes Sanctiones, decreta, & testimonia extra traditionem avitam ableganda sint, ne novitatem delumbent. Equis sibi animo fingere unquam poterit, Jacobum Benignum Bossuet Episcopum Meldensem hujus operis auctorem fuisse, qui apprime edoctus in profligandis hæresum monstis, detegendisque novantium latebris, noverat, qua incedendum sit, ut veritas inviolati thori sponsa ab irruentibus hostibus eripatur, ac vindicetur? Nonne perpetuo ille Episcopus usus est Apostolica, & Ecclesiastica traditione ad revincendos fidei olores, & dogmatum insensibilissimos præstigiatores? Postremo cogitandus erit sui penitus oblitus, ut perfundata per vetusta Ecclesiæ doctrina, ad novitatem obrudendam calamum admoverit, de Schismate in Schisma argumentum abripiens? Itaque in male parto opere totum se effundens in damnum, injuriamque Pontificiæ auctoritatis, qua vacillante tota potestas Ecclesiastica perturbata prodigitur, & exhauritur, aliquis male compos animi voluit suum caput obtegere, ascito eximii viri nomine, ne callida ars deesset, qua simplicibus fucum faceret, & virus suum potentius afflaret impunis.

Vix lenitate sapientum, atque proborum contemptu, quo liber exceptus est, veneficii videbatur toxicum consopitum, quum ecce typis Patavinis alterum opus proculum sequenti titulo adornatum: *De Romano Pontifice in ferendo de fide, moribusque judicio, falli, & fallere nescio: Eodemque Concilio Oecumenico auctoritate, potestate, jurisdictione, superiori: Dissertatio duplex. Accedit Appendix de mente Ecclesiæ Gallicanæ, & Academiæ Parisiensis circa duo illa Sedis Apostolicæ privilegia. Auctore F. Jacobo Hyacintho Serry Ord. Præd. S. T. M. & in Academia Patavina primario Sacre Theologiæ Professore.* Præclari titulo lenocinio, & illustri auctoris fama illectus animus avidius adspexit opus, & mentem adjunxit. Veram in limine spes tota lectorem fessellit. Etenim agens de Pontifice Romano falli, & fallere nescio, quum de fide, moribusque judicium dicit, totum privilegium ad consensum Ecclesiæ specialis Romanæ devolvit, exiitque potiori gemma Pontificum, qua gestiebat in titulo profiteri insignitum divinitus. Qua vi argumentorum, qua Patrum auctoritate, qua Ecclesiæ traditione hæc commenta obrudantur, altum silentium; Ut inde percipitur fieret male adinventam opinionem suo in ortu occubuisse.

Cogitaveram concisa tot plagis auctoritati fore tandem parcendum, quum hoc eodem anno 1733. recruduit vulnus per Placitum Parisiensis Senatus, quo repetitis spiculis in Pontificia privilegia

legia levare nedum per summam injuriam visum est, sed una quoque ad labefactandam episcopalem curam erga gregem sibi commissum, ne ab hæreticis deciperetur, efferato animo insurgere. Hujusmodi facinora animum vehementer commovent, dum veretur, ne desidia indulgens pacatior cernat innocentes in devia corrumpere: (1) Maledictionibus repleri singularis testera est eorum, qui Christo adherent. Attamen satis non est cum Apostolo clamare: (2) *Maledicimur, & benedicimus, persecutionem patimur, & sustinemus, blasphemamur, & obsecramus*. Ingemiscere cogimur, & quidem iuste: (3) *quoniam cogitaverunt unanimiter, simul adversum testamentum disponerent*, ut devicta Ecclesiastica potestate, exuta imperio Ecclesia coacta sit vivere sub tributo. O miseram temporum, rerumque conditionem! Quo trahit unumquemque voluptas? Vexatur Ecclesia, fides concutitur, hæreses expensis audacia viribus supercilium tollunt; & ubi bellum adversus Christi hostes conflagrare opus esset, in Romanum detorquetur Pontificem, in ecclesiasticam potestatem manus & arma convertuntur, ut prostrata ejus virtute cuncta simul turbentur. Antiqua Ecclesie traditio divinis, & Evangelicis consignata iustis inviolata ja-giter voluit Pontificia privilegia, voce Christi donata, Conciliorum sanctionibus prædicata, ac Patrum decretis concelebrata, hæreticis dumtaxat invisa, & insensa. Quo fato, qua innovandi i-bidine, vel temporis injuria factum sit, ut antiquis contemptis doctrinis opportune, vel importune ad fabulas, & jurgia calamus convertatur, illi norunt qui animadvertunt, quod origo dissidio-rum semper devagatio fuit, & inobedientie studium. Novella nunc, & terribilissima lues una secum rapit dogmata, Ecclesiam, atque fidem. Sublato quippe capite, & Judice infallibili questionum de fide, unusquisque propria volubilitate abreptos in pugnantibus opinionationes effundit: (4) *Sub-cujus necessitatis tanquam improbabili occasione, scribenda, atque innovanda fidei extende usque inolevit*; ut verbis utar Hilarii. Et postquam ceptum est nova potius condere, quam accepta retinere, nec vetera defendi conspiciuntur, nec innovata firmari, adeo facta sit fides tempo-rum, nequam Ecclesie Catholicae, (5) *Nos erubescimus stultitia, non nosmetipsos irreligio-sitatis arguimus, Dei arguimus, Dei arcantis, Dei virtutibus calumniantes?*

His plane virtutibus, arcanorumque Mysteriis institutus a Christo probatur in Petro Pontifex Maximus, qui totius ovilis supremus sit Pastor, universaque Ecclesie Pater, Magister, & Ju-dex, ut inde universæ gentes, & populi addificant, cui in Ecclesia militante debeant animi obe-sequium, mentisque obedientiam puram. Aliter sapere, nescire est; & vinculum pacis abruptum, sine qua Ecclesia Christi nequis consistere. Cuncta recte disposita ordinem exigunt. (6) Nimirum, ut infima a mediis, media a superioribus connexa dependeant, quin Unum desideretur, a quo cætera regantur, ut in ordine contineri suo pro indefectibili sapientie modo compellantur. Qui aliter turbare conati sunt, perturbati ab Ecclesia excefferunt, & in confusionis barathrum irue-runt. Omnibus perspectum est, quanta in conversione rerum, ac perturbatione versentur Ecclesie negotia, quanta sit ubique trepidatio, qui tumultus, quæ turbæ, quæ tempestas, quanta procel-sa. Nunquid tamen unicuique deest malo remedium? Convertamur ad Dominum, ipseque pro sua infinita Clementia vicissim ad nos convertetur. Sua quisque muneri respondeat, neque ordi-nem divino nutu decretum pervertat. Pontifex summus sua gaudeat potestatis plenitudine in o-vile, & oves, cujuscumque conditionis sint, ne extorres ab ovili Christi judicentur, qui subesse Pa-stori detrectant. Cæteri subalterni Pastores præsent, & pascant populum sibi commissum, forma facti gregis ex animo, ut fidem augeant, & mores in melius reforment, salva debita obedi-entia tum in Synodis, tum extra, ei, qui summus præest. Principes suum gladium portent; (7) Ministri quidem sunt Dei, vindices in iram illis, qui malum agunt, ut Apostolus monet; strictius tamen redditori Deo rationem, quo magis a timore hominum distant. Magistratus suo sint con-tentum jure administrandi Rempublicam, justis, & æqui defensores, dimissis Sacerdotibus Dei spi-ritualibus curis, quemadmodum provide cavit Rex Christianissimus (8) Ludovicus XIV. lato edi-cto anno 1695. Tandem qui laici sunt, sciant reverenter obtemperare debere Sacerdotibus, non præesse. Qui Sacerdotali eminentia præstant, noverint in ædificationem, non in destructionem Do-

(1) II. ad Tim. 3. 11.
 (2) Ad Cor. 4. 12.
 (3) Psalm. 82. 6.
 (4) Ad Constan. l. 2.
 (5) Hilari. l. 1. ad Const.
 (6) Pius II. in Bull. retract.
 (7) Ad Rom. 13. 4.
 (8) Cap. 11. cap. 34. & 35.

mus Dei se præordinatos fuisse. Nemo sibi blandiatur, fas esse statutum ordinem variare, aut mi-scere, vel moris, vel temporibus callide ascita consuetudine. Quæ di vina decernuntur providentia, libertate hominum non permittuntur commoveri, sed Ultorem ipsum Deum transgressor experire-tur. Faxit Deus, ut in bonum monstra convertantur; omnia componantur ad unum; penitus no-vitates obsolescant, & quæ majorum auctoritate tradita sunt, altius infixæ animis possimilio re-vo-centur. Recedat quidquid humana adulatione investum est, & eliminata præpostera politia, quæ causam Religionis corrumpit, coa-emur desciscere ab iis, quæ pacem, atque concordiam Sacerdo-tium inter, & imperium nedum intercipiunt, sed funditus obrumpunt, & dissipant.

Ad hæc facienda, violata in primis Romani Pontificis privilegia pro viribus vindicare annitar, quem ut indefectibilem in fidei, morumque definitione Judicem, Ecclesia Univerfa etiam in Con-cilium coacta Superiorem auctoritate, potestate, ac jurisdictione colo, & complector. Summum mihi decus cessurum arbitror, si quantalacumque portione mea tantæ rei vim adjiciam; non eo fascino illectus ut vice Atlantis Pigmæus valeam sustinere; sed ea fiducia fretus, qua etiam puer-iles manus in perniciem gigantum, in nomine Domini instructæ, palestram subeunt. Traditione innixa evangelicis constitutis hostes aggrediar, potiorique loco distribuam eorumdem Romanorum Pontificum auctoritates, quibus omni ævo privilegia sua, & Apostolicæ Sedis tutati sunt, & Uni-verso Orbi deprædicare nusquam destitere, quum ne nullitaret quidem quispiam orthodoxus. Tan-tum procax hæresis renita est, & perversicæ suæ poenam dedit. Prolixitatem intercidero studebo, ne veritati se se prodenti fucum facere videar; & si quid asperum calamo excidere continget, par-cant eruditi; non enim ad contumeliam dictum velint, sed ad vim argumenti revocandum esse probabunt. Cæterum si sepositis partium studiis rem cum re conferent, animadvertent ad summam Religionis apprimè Romani Pontificis privilegia conducere, imò præire; neque tanquam adia-phora circumspici; vel cogitari posse, quæ vivam regulam fidei certam in universum præstintunt.

